

Johan Filip Murray

De Nvmero Carolorvm Sveciae Regvm Non Dvodenario, Sed Senario Commentatio

Gottingae: Typis Antonii Henrici Schvltzii, [1755]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn883014211>

Druck Freier  Zugang





Nsm 1302.

Nsm.



DE
N V M E R O
C A R O L O R V M
S V E C I A E R E G V M
N O N D V O D E N A R I O , S E D S E N A R I O
C O M M E N T A T I O

Q V A M
E X D E C R E T O
A M P L I S S I M I P H I L O S O P H O R V M C O L L E G I I
P R O L O C O I N E O D E M O B T I N E N D O
A D D I S C E P T A N D V M

P R O P O S V I T
I O A N N E S P H I L I P P V S M V R R A Y
P H I L O S O P H I A E D O C T O R
R E G I A E , Q V A E G O T T I N G A E E S T , S C I E N T I A R V M S O C I E T A T I A D I V N C T V S
T E V T O N I C A E S E C R E T A R I V S .

D I E M A R T I I V N D E T R I G E S I M O , A N N O M D C C L V .

G O T T I N G A E
T Y P I S A N T O N I I H E N R I I S H V L T Z H .

IN V. M. R. O.
C A R O L O R V M
S V E C I A E R E G V M
N O N D V O D T N A R I O S S E D S E N A R I O
C O M M E N T A T I O



A M P L I S S I M I
P R O F O C O
A D D I S C E P T A N D V M

I O A N N E S P H I L I P P U S M A R R A Y

PHYSICAE DOCTOR
REGIAE CAESARIS AUSTRIAE
UNIVERSITATIS VIENNAE
PHYSICAE CATHEDRAE

DIE MARTEI VORLESUNG, ANNO MDCCCLV.

GOTTINGAE

THOMAS ANTON BEBEL I. CUVILLIUS

TOTIVS OPVSCVLI LEVIS ADVMBRATIO.

- I. 1. Numeri, qui nominibus principum, ad computandos singulos aequè insignitos, addi solent, saepius disceptationi obnoxii sunt.
2. Haec vero non iisdem semper oritur de causis
- a. Interdum enim, pro re nata, variae rationes confici possunt: ut in *Fridericis* imperatoribus, in *Ferdinandis* Hispaniae, ac *Fridericis* Borussiae regibus apparet.
- b. In quibusdam vero iam certus calculus receptus est: & quidem in *Ludovicis* Galliae & *Eduardis* Angliae regibus minor, quam res videtur exigere; in *Carolis* Suecorum nimium extensus.
- II. 1. Quod vero ad *Carolos* attinet, propositum nobis est, argumentis euincere, non plures *Sueciae Reges fuisse, quam sex.*
2. Necessum tamen antea, exactam regiminis suecici notionem animo concipere.
- a. Fuere enim, praeter imperantes summos, Vpſaliae sedentes, permulti prouinciarum reguli, illis subiecti: qui Ingialdi & Iuari dolis oppressi, tandem Iarlis cesserunt.
- b. His autem in tabulis regum Suioniae nullus locus conceditur.
3. Officio igitur suscepto satisfactum a me existimem: si probarim, non plures in vniuersum fuisse *Carolos*, ac sex, qui summis Sueciae imperantibus adscribi possent.
- III. Ad hoc probandum varia adhibentur.
- A. Numerus Carolorum senarius argumentis euincitur.
- a. Reges habuit Suionia, ante quatuor *Carolos*, e familia *Gustavi*, non nisi duos, primum *Suercheri*, secundum *Canuti filium.*
- b. Haec ita probamus.
- I. in annalibus fide dignissimis non plures recensentur.
- α. dominati autem sunt in vniuersam Sueciam Reges
1. ex prosapia Yngonis.
 2. - - - Iuari & Ragnaris Lodbroch.
 3. - - - Stenchilli.
 4. - - - Suercheri & Erici sancti
 5. multigeni.
 6. e posteris *Gustavi.*
- β. Iam de regibus posterioris aeni nulla controuersia. De antiquis vero vel Islandorum scripta, vel domestica nonnulla

nulla, vnice fere consuli possunt. In primis Snorro Stur-
lonides eximie de omni septentrionis historia promeritus
est.

II. Monumentum, quod ossa Catharinae, Caroli Canuti con-
iugis, Wadstenae tegit, hunc regem, qui alias Carolorum
octauus habetur, secundum, expressis verbis, innuit. Haec
enim in illo legitur inscriptio : *In hoc sepulchro positum est
corpus inclytæ Reginae Catharinae, Caroli Secundi, Suecorum,
Gotthorum & Noruegianorum Regis, coniugis, & magnifici
Domini Caroli Ormonis, militis aurati, regnique consiliarii,
filiae.*

III. Carolus Gustauus definitum numerum nomini suo adscribi,
nec in numis, nec alibi, passus est: procul dubio, quod de
eodem istius temporis historicos jam dubitare perceperat.

III. Fauent sententiae nostrae summi viri:

1. Messenius, *in Scondia illustrata.*
2. Rudbeckius, *in tabulis genealogicis Antlanticis.*
3. Peringskiöldius, *in genealogica regum expositione*
4. Illustrissimus Bonde, *in conspectu regum Sueciae*
5. Wildius, *in Historia pragmatica.*
6. Dalinus, *in Historia Suioniae.*
7. Arkenholzius, *in litteris humanissime ad me datis.*

B. Peruestigantur origines reliquorum sex Carolorum, ipsique aucto-
ritate sua destituuntur.

1. Ortos eos credimus

a. ex ingenio Ioannis Magni, qui, exul a patria, Romae con-
scripsit Historiam Suioniae.

b. ex adsensu praecipitato, quem hoc ipsum opus domi nactus
est, quum res priscae aevi nondum satis essent exploratae. Inde
enim factum, quod Carolus Gustavi filius nonnum se insigni-
ri permiserit.

2. Sed non agnosci possunt isti Reges pro iis, quales perhibentur
fuisse.

a. Dubiae enim omnino fidei Ioannis de rebus suecicis com-
mentarii censendi sunt.

α. Res

α. Res ipsa loquitur, plurima ex imitatione Saxonis efficta, alia ex historiis variorum regulorum composita, alia ex annalibus peregrinis mutuata.

β. Hinc Messenius et Torfaeus optime historiae patriae consuluerunt, quod tam celebrati scriptoris labes ingenue detexerint. Haesitanter magis de illis locuti Loccenius et Puffendorffius. Sed recentiori aeuo tanto acriori censura notatae fuerunt.

b. Praeterea et ipsa illa, quae de his Carolis a Ioanne traduntur, ita comparata sunt, ut quemcunque lectorem iam in nostram sententiam trahant. Singuli enim vel Gothis praefuisse dicuntur, qui regulos tantum habuerunt, vel sic recensentur, ut, praeter nuda nomina, nil inuenias.

C. Tolluntur obiectiones nonnullae, quae sententiae nostrae aliquid derogare possent.

1. a. Exstat in collectione antiquorum voluminum, a Biörnero facta, historia Caroli cuiusdam, qui in illa expressis verbis, Rex dicitur Sueciae.

b. Sed res expedita est, non quaeuis huiusmodi scripta fidem promereri. Nonnulla enim ad delectationem composita fuerunt. Praeterea etiam danica huius libelli editio a nostra in multis differt, ut singula exinde in dubiam vocari possent. At, si quidpiam largiar, fuit is Carolus regulus in Suecia stricte dicta.

2. a. Vtcrius, nostrae qui contrariam sententiam statuunt, aliquid praesidii exinde nancisci videntur, quod in numis, auctoritate regia excusis, Carolos inuenias, et nonum, et decimum primum, et duodecimum.

b. Verum, quod in postremis obseruatum fuit, in fauorem calculi, temporibus Caroli tertii, ex errore ducti, factum est. Ipsi vero Reges, quoties subscripserint nomina sua publicis literis, nunquam numerum aliquem addidere.


D. Instituitur succincta enarratio rerum a sex CAROLIS, regibus Sueciae angustis, gestarum.


POSITIONES
IN DISPUTATIONIS SVBSIDIVM ADIECTAE.

1. Lingua Germanica suas origines non Celticae debere videtur, sed easdem ex Scythica repetit: a qua etiam cognatae septemtrionis legitime derivantur.
2. Tempore Ludouici imperatoris regionibus aquiloniis & Angliae eadem fere cum Germania lingua fuit.
3. Germanorum nomen non a Romanis illis inditum, sed patrii sermone est.
4. Litteris germanicis probe consuleretur, si iisdem typis uteremur, quibus latina exprimentur, & qui a plurimis Europae gentibus iam recepti sunt.
5. Characteres runici, ductu admodum simplici, antiquitatem suam egregie euincunt.
6. Inter praecepta eloquentiae sacrae ac civilis optime conuenit, eademque repetenda.
7. Perceptiones nostrae rebus respondent, & sensibus tribuitur tanta fides.
8. Quod nonnulla delicta in ciuitate grauius puniantur, alia leuius, id ipsum non ex indole eorum morali, sed ex periculo deducendum, quod ab illis reipublicae imminet.
9. Non martyrum honos omnibus tribuendus est, qui ob religionem mortem perpeffi sunt.
10. Si proprie loquamur, non est miraculum aliud alio maius.



fol. 3.





a. Res ipsa loquitur, plurima ex imitatione Saxonis efficta, alia ex historiis variorum regulorum composita, alia ex annalibus peregrinis mutuata.

β. Hinc Messenius et Torfaeus optime historiae patriae consuluerunt, quod tam celebrati scriptoris labes ingenue detexerint. Haesitanter magis de illis locuti Loccenius et Puffendorffins. Sed recentiori aevo tanto acriori censura notatae fuerunt.

b. Praeterea et ipsa illa, quae de his Carolis a Ioanne traduntur, ita comparata sunt, ut quemcunque lectorem iam in nostram sententiam trahant. Singuli enim vel Gothis praefuisse dicuntur, qui regulos tantum habuerunt, vel sic recensentur, ut, praeter nuda nomina, nil inuenias.

olluntur obiectiones nonnullae, quae sententiae nostrae aliquid cogare possent.

a. Exstat in collectione antiquorum voluminum, a Biörnero facta, historia Caroli cuiusdam, qui in illa expressis verbis, Rex dicitur Sueciae.

b. Sed res expedita est, non quaeuis huiusmodi scripta fidem promereri. Nonnulla enim ad delectationem composita fuerunt. Praeterea etiam danica huius libelli editio a nostra in multis differt, ut singula exinde in dubiam vocari possent. At, si quidpiam largiar, fuit is Carolus regulus in Suecia strictè dicta.

a. Vterius, nostrae qui contrariam sententiam statuunt, aliquid praefidii exinde nancisci videntur, quod in numis, auctoritate regia excusis, Carolos inuenias, et nonum, et decimum primum, et duodecimum.

b. Verum, quod in postremis obseruatum fuit, in fauorem calculi, temporibus Caroli tertii, ex errore ducti, factum est. Ipsi vero Reges, quoties subscripserint nomina sua publicis literis, nunquam numerum aliquem addidere.

stituitur succincta enarratio rerum a sex CAROLIS, regibus Sueciae augustis, gestarum.